phitha gorica silentia & orfeicas distruamus fabulas / confutemus
praesumptam illā pytha gorum da magistro sententiam quod
est ipse dixit. arguamus platonis ideas transfundendae per diuer
sas corporum species animae opinionem quam esse nocymatosin
uocant & circuitus quosdam per diuersas uitas animarum nostra
rū & reminiscentias; Et caetera his similia inpugnemus. epicurium
dn̄ non sentientē & prouidentia denecantem / dicamus aduersū
uitam eius & libidinem quā contra decus phylosofiae summum
bonū esse pronuntiat et expugnemus arguamus aristotelis an
gustam de prouidentia sententiam & artem uerborum eius in fide
lem & rationes quas de anima protulit & dogmata humana pot
ius quam diuina; Inclinemus elatum stoicorū superciliun cyni
corum deteriu olem & gaelae deditum ritum. ex pugnemus ua
nitatem ridiculosis fabulis / plenam eorum qui multitudines
adseruunt deorū / qui sacrificia simulacris offerunt; Qui daemo
nib. malis & bonis libant / moueamur aduersū eos qui diuinatio
nes qui auspicia / qui augurationes / qui inuocationes demonum ce
tera que similia portenta mirantur; desudemus aduersum eos qui uitas
suas astrorū motibus uel cursibus pensant. quis iam neglegentiā
adq. desidiam fato & casui reputant; et inconprachensibilem
diuinae prouidentiae dispensationem fortunae et casibus caecae ita
iunt & ludentis adscribunt; Quodsi indigna tibi haec uidetur &
parua aduersū eos quae disputationū tuarum tela contorque
as; Velut a multis saepe coniecta & frequenter elisa & iuuat magis
in nostris & propriis exercem, ego tibi etiam in his apertos prae
parabo certaminū campos; Disputa de mundo de materia dis
puta de anima de rationabilibus naturis, de resurrectionis
gloriae; De iudicio de retributione de passionibus xpi de his
& enim & conprehendere quod uerū est inutile non erit
& errare in alico periculū non habet a dō;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0172